



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum voluntas ad aliquid naturaliter moueatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Super Questionis decima Articulus primus.

In questionis decimae articulo primo, scito quod ly naturaliter, in titulo positum, sumitur vt distinguitur contra sy; liberè.

In corpore eiusdem primi articuli, dubium occurrit ex eo; qd author dixerit videntur a proposito, dum questio est de naturali, vt distinguitur contra liberum; & solutio questionis est de naturali, vt distinguitur contra accidentale, vt patet in littera.

Ad hoc breuiter dicitur, qd quia naturale, vt distinguitur cõtra liberum, sequitur ad naturale, id est, substantiale (omne enim substantiale, est naturale) ex hoc qd author declarauit in uoluntate inueniri motum naturale, id est, substantialem opime satisfacti questio, An scilicet talis motus naturalis, vt distinguitur contra liberum. Ea autem fuit ratio processus, quia videlicet ratio significata per nomẽ Naturalis, appetenda erat. vnde si omnis substantia, natura est, quicquid secundum substantiam inest, secundum naturam inest: ac per hoc, & substantiale & naturale est: secundum substantiam autem inest, quicquid p se inest, ergo iuxta hanc naturam significationem, qua & voluntas naturalis est, per se inest, & secundum substantiam, & naturaliter, idem sunt. Hac autem æquialere naturali vt distinguitur contra liberum, patet ex eo, quia liberum habet per causam, esse: naturale autem, esse. Id enim solum libere fit, quod fit quia vult: & id solum naturaliter inest, quia est, vt in prima parte dictum est. Quicquid autem, secundum substantiam, seu, per se inest, clarè patet quod inest, quia talis esse, substantialis est, & non quia sic vult. Nulla ergo diuersio hic fuit, sed alia persequutio naturalis, ex qua doceretur naturalitatem in omnibus inuenire, sicut author fecit. Ex hac enim ratione naturalis, adinsecta altera propositione communi, scilicet quod per se prius est his, quæ non sunt per se, intulit vniuersalem regulam, scilicet, quod principium conuenientium alicui inest naturaliter, id est, per se, & secundum substantiam, & quia est talis natura, & non quia vult. Ex hac enim regula, subintellecta minore, scilicet quod motus conuenientes voluntati, sunt ordinati secundum rationem principij & principij, quod est per se notum, statim habetur intentum, scilicet quod alicui motus inest voluntati secundum substantiam per se naturaliter, quia est talis, & non quia vult.

Et circa hoc queruntur quatuor.

QVAESTIO X.

De modo quo voluntas mouetur, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de modo, quo voluntas mouetur.

Et circa hoc queruntur quatuor.

Primo, Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter mouetur.

Secundo, Vtrum de necessitate mouetur a suo obiecto.

Tertio, Vtrum de necessitate mouetur ab appetitu inferiori.

Quarto, Vtrum de necessitate mouetur ab exteriori motiuo, quod est Deus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter mouetur.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, qd voluntas non mouetur ad aliquid naturaliter. Agens enim naturale diuiditur contra voluntarium, vt patet in principio 2. * Physicor. non ergo voluntas ad aliquid naturaliter mouetur.

2 Præ. Id quod est naturale, inest alicui semper, sicut igni esse calidum: sed nullus motus inest vo-

luntati semper. ergo nullus motus est naturalis voluntati.

Præ. Natura est determinata ad vnum. sed voluntas se habet ad opposita. ergo voluntas nihil naturaliter vult.

SED CONTRA est, quod motus voluntatis sequitur actum intellectus: sed intellectus aliqua intelligit naturaliter. ergo & voluntas aliqua vult naturaliter.

RESPON. Dicendum, quod sicut Boetius dicit in l. br. de duabus naturis, * & Philosophus in 5. ¶ Metaphysic. Natura dicitur multipliciter: quandoque enim dicitur principium intrinsecum in rebus mobilibus: & talis natura est vel materia, vel forma materialis, vt patet in 2. * Phys. Alio modo dicitur natura quælibet substantia, vel quodlibet ens: & secundum hoc, illud dicitur esse naturale rei, quod conuenit ei secundum suam substantiam. & hoc est, quod per se inest rei. In omnibus autem, ea quæ non per se inest, reducuntur in aliquid quod per se inest, sicut in primo: & ideo necesse est, qd hoc modo accipiendo naturam, semper d principium in his quæ conueniunt rei, sit naturale. & hoc manifestè apparet in intellectu. Nam principia intellectualis cognitionis sunt natura-

motus voluntatis in hoc tertium. Ad cuius evidentiam scito, qd voluntas tripliciter sumitur. In quædam potentia: secundò, ut eliciens ex quodam in quiddam: tertio, ut appetitus ipsius totius uolentis. Et quidem quia uoluntas potentia quædam est, ideo naturaliter fertur in bonum, quod est uolentis, primo positum in littera. Quælibet enim potentia naturaliter determinata est ad suum obiectum, ita quod non potest in oppositum. Quia uero est uolentia cuiusdam ex quodam secundum rationem causæ & causati: ideo naturaliter uult beatitudinem, quæ finale principium est: quod uolentis, est secundo positum. Quia autem est a natura data uolenti non solum ut uelit sibi ipsi uoluntati, sed etiam ut uelit ipsi uolenti secundum seipsum & suas partes: ideo naturaliter uult bonum conueniens uolenti sibi suam naturam: quod est uolentis tertio loco in littera positum. Quodlibet enim horum trium habet rationem primi per se, & secundum substantiam. Obiectum enim & primo respectum principium, est causa cæterorum: proprium uero infra principij ratione clauditur. Amicabilia enim quæ sunt ad alios, ueniunt ex amicabilibus ad se. Et si hoc longius repetendum esset, dicendum esset, qd quia uolentis pendet ex uolente & uolente, utrunque initium uoluntatum motuum indium esse oportet. Et ex uolente quidem indium est uoluntati motus in beatitudinem, qui utpote motus in finem primarium, complectentem in se totam obiecti perfectionem, principium est ea parte est reliquorum motuum. ex parte uero uolentis, indium est uoluntati motus in proprium bonum: utrunque. n. tradidit Arist. eũ dixit. Amabile quidè bonum, unicuique aut proprium. Cum igitur author ex hoc, qd uoluntate uolumus non solum ad ipsam spectantia, sed etiam ad uolentem, intulit qd naturaliter uolumus conuenientia secundum naturam, ueram causam reddidit, intendens pro medio assumere, qd uoluntatem sortiti sumus pro nobis, ac per hoc ad proprium bonum determinatam. Vnde & in q. de uirtu. ar. 5. & inferius in q. 50. & 56. Nulla uirtus in uoluntate ponitur ad proprium uolentis bonum: quia ad hoc naturaliter determinata est.

In responsione ad primũ eiusdẽ articuli, aduerte distinctionẽ de Prima Secundæ S. Thomæ. D 3 uoluntate.

Boetius pau lo a princpio lib. Text. 1. to. 3.

* Tex. 4. videtur esse tom. 2.

D. 196.

1. q. 4. art. 2. co. 2. & q. 2. ar. 5. & q. 2. ar. 9. 16. art. ad 3. * Et etiam 103. 49. 50. 2.

q. 90. u. 3. 4.

top. 8

voluntate. consideratur. n. multipliciter. Sed quantum ad propo-
tum litera insinuat dupliciter. s. ut res, & ut causa. Est. n. & in gene-
re rei res talis, puta, apta nata velle: & in genere causae causa ta-
lis, puta, libera. Cum aut voluntas distinguitur contra naturam,
non distinguitur, vt res talis contra talem rem, sed vt causa talis
contra causam tale.

Est. n. res talis, sapia
nata velle, natura q-
dam habens sibi co-
naturalia, sicut &
caetera natura: sed
talis causa, scilicet li-
bera vt sic, non est
talis causa, qualis est
natura. Hec enim est
causa, quia est ac per
hoc est causa deter-
minata ad vnum. Illa
vero causa, quae vult:
ac per hoc est causa
libera ad vtrilibet.
Vnde distinguuntur
voluntas & natura in
ratione causae, secun-
du proprias causan-
di differentias. Pro-
pter quod & in se-
cundo Physic. & in
9. Metaphys. non nisi
in ordine eorum, vel
principiorum distin-
guuntur. Et si in his
perplexeris, quod ratio
causae in natura spe-
ciat ad eam inquan-
tum res est, videbis
pariter, quod voluntas
vtriusque causae ra-
tionem habet. Nam
quatenus res talis est
per modum naturae,
causalitatem habet:
quicquid enim cau-
sat aliquid, quia talis
res est, naturaliter
causat illud. Quate-
nus vero electiva est
per modum proprii,
id est, libere, a propo-
sito ad vtrilibet &c.
causalitatem habet,
& non naturaliter.
quicquid enim cau-
sat quia vult, liberè
causat. Et si ulterius
perplexeris, quod natu-
ra, vt in litera dicit,
est causa essentialiter
prior causa voluntaria,
quia esse in vtroque
est prius quam
operari, &c. videbis
quoque, quod voluntas
non solum natura quae-
dam est, sed prius ha-
bet naturae rationem
& causalitatem, quam
propriam. Et si po-
stremo penetraveris,
quod in causis essentialiter
ordinatis, coniunctis in unam rem, id quod
est prioris causae proprium, participatur posteriori, ut supremum
infini attingat infimum supremi: videbis, quod voluntatis prima
opera oportet esse naturalia, & prius ipsam velle aliquid natu-
raliter, quam libere. Et hanc subtilitatem si perspiciens scētans
fueris, habebis claram solutionem Scoticae argumentationis in
materia de processione Spiritus sancti, & de naturalitate volun-
tatis: quae omnia in prima parte tractata sunt. Distinxit enim vo-
luntatem contra naturam, non solum in genere causae, sed in ge-
nere rei. Et ideo inuitit omnimodam disparationem, cum tamen
sint causae essentialiter subordinatae, ut hic, & in q. praecedente,
artic. 4. de eorum actibus patet. Voluntas enim non solum prius
habet naturae rationem, ut in litera dicitur, quam causalitatis pro-
priae: sed velle naturale oportet esse principium volendi libere.

In responsione ad secundum, diligentissime notato doctrinam

litera nota. Similiter etiam princi-
pium motuum voluntariorum
oportet esse aliqd naturaliter vo-
litum. Hoc autem est bonum in
communi, in quod voluntas natu-
raliter tendit: sicut etiam quelibet
potētia in suum obiectum, & etiam
ipse finis vltimus, qui hoc modo
se habet in appetibilibus, sicut pri-
ma principia demonstrationum in
intelligibilibus: & vniuersaliter
omnia illa quae conueniunt volē-
ti in suam naturā. Non enim per
voluntatem appetimus solum ea,
quae pertinent ad potentiam volun-
tatis: sed etiam ea, quae pertinent
ad singulas potentias, & ad totum
hominem. Vnde naturaliter ho-
mo vult non solum obiectum vo-
luntatis, sed etiam alia quae conueniunt
alijs potentijs, vt cognitionē veri,
quae conuenit intellectui: & esse, &
viuere, & huiusmodi alia, quae respicit
consistentiam naturalem: quae oīa cō-
prehenduntur sub obiecto volūta-
tis, sicut quaedam particularia bona.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod
voluntas diuiditur contra naturā,
sicut vna causa contra aliam: quae-
dam enim fiunt naturaliter, & quae-
dam fiunt voluntarie. Est autem
alius modus causandi proprius vo-
luntati, quae est domina sui actus,
praeter modum qui conuenit natu-
rae, quae est determinata ad vnum.
Sed quia volūtas in aliqua natura
fundatur, necesse est, quod modus
proprius naturae, quantum ad ali-
quid, participetur a volūrate: sicut
quod est prioris causae, participat
a posteriori. Est enim prius in vna-
quaque; re ipsam esse, quod est per
naturam quae velle, quod est per
voluntatem: & inde est quod volun-
tas naturaliter aliquid vult.

AD SECUNDUM dicendum, quod in
rebus naturalibus id, quod est natu-
rale, quasi consequens formam
tatum, semper actu inest, sicut ca-
libi traditam circa distinctionem convenientium alicui naturaliter,
id est, per se & secundum substantiam, in consequentia formam
vel actum, & consequentia materiam, vel potentiam, & condi-
tionē eorundem: quod scilicet perficitur in illis in se coaequantem
absolute: in istis vero non absolute, sed in certa dispositione. Et
causa est differentia
inter potentiam, &
actū, vt in litera dicit.
Ex hac enim doctri-
na habes, vir doctus,
quod non solum aptitudo
ad motum & opera-
tionē inest subiecto
per se, vt grauitas &
resistibilitas: sed motus
ipse & operatio; vt
descensus & rursus &c.
In responsione ad
tertium, eleuato mē-
tem in celsitudinem
doctrinae huius, &
inuenere, quod vnum in-
diuiduum immate-
rialis ordinis equi-
ualet non tantum in-
finitis indiuiduis ma-
terialibus sub vna spe-
cie, sed etiam sub vno
genere, et analogo.
Habes enim hic, quod
cum ordo vniuersi
habeat, quod natura
determinata sit ad
vnum proportionali-
ter, s. generice, spe-
cifice, vel indiuidua-
liter: ac per hoc bo-
no absolute, cum sit
vnum genere analogo,
debuisset respon-
dere natura aliqua
vna generice: & si-
militer volūtatē, quia
est vna secundum spe-
ciem, debuisset respon-
dere vnum secundum
speciem: subiectum
tamen est, quod quia vo-
luntas est immate-
rialis ordinis, deter-
minata est ad vnum
in genere analogo,
bonū scilicet: quasi
natura immaterialis
eminentius praeha-
beat quicquid generis
speciei suae haberet.
Et verè sic est. In cuius
signum hic intel-
lectus noster equi-
ualet toti vniuersitati
corporeae naturae. Est
autem ratio huius
quia quae sunt disper-
sa in inferioribus,
sunt unita in superi-
ori. Eadem enim
ratione tanta est am-
plitudo immateria-

libi traditam circa distinctionem convenientium alicui naturaliter,
id est, per se & secundum substantiam, in consequentia formam
vel actum, & consequentia materiam, vel potentiam, & condi-
tionē eorundem: quod scilicet perficitur in illis in se coaequantem
absolute: in istis vero non absolute, sed in certa dispositione. Et
causa est differentia
inter potentiam, &
actū, vt in litera dicit.
Ex hac enim doctri-
na habes, vir doctus,
quod non solum aptitudo
ad motum & opera-
tionē inest subiecto
per se, vt grauitas &
resistibilitas: sed motus
ipse & operatio; vt
descensus & rursus &c.
In responsione ad
tertium, eleuato mē-
tem in celsitudinem
doctrinae huius, &
inuenere, quod vnum in-
diuiduum immate-
rialis ordinis equi-
ualet non tantum in-
finitis indiuiduis ma-
terialibus sub vna spe-
cie, sed etiam sub vno
genere, et analogo.
Habes enim hic, quod
cum ordo vniuersi
habeat, quod natura
determinata sit ad
vnum proportionali-
ter, s. generice, spe-
cifice, vel indiuidua-
liter: ac per hoc bo-
no absolute, cum sit
vnum genere analogo,
debuisset respon-
dere natura aliqua
vna generice: & si-
militer volūtatē, quia
est vna secundum spe-
ciem, debuisset respon-
dere vnum secundum
speciem: subiectum
tamen est, quod quia vo-
luntas est immate-
rialis ordinis, deter-
minata est ad vnum
in genere analogo,
bonū scilicet: quasi
natura immaterialis
eminentius praeha-
beat quicquid generis
speciei suae haberet.
Et verè sic est. In cuius
signum hic intel-
lectus noster equi-
ualet toti vniuersitati
corporeae naturae. Est
autem ratio huius
quia quae sunt disper-
sa in inferioribus,
sunt unita in superi-
ori. Eadem enim
ratione tanta est am-
plitudo immateria-

AD TERTIUM dicendum, quod
semper natura respondet vnum
proportionatū naturae. Natura. n.
in genere, respondet aliquid vni
in genere: & natura in specie ac-
cepta, respondet vnum in specie:
natura autē indiuidua, respon-
det aliquid vnum a indiuiduale.
Cum igitur voluntas sit quaedam
vis immaterialis, sicut & intelle-
ctus, respondet sibi naturaliter ali-
quod vnum commune, scilicet
bonum: sicut etiam intellectui
aliquid bonum commune, scilicet,
verum, vel ens, vel quicquid est
huiusmodi. Sub bono autem cō-
muni multa particularia bona
continentur, ad quorum nullum
voluntas determinatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum voluntas moueatur de necessitate a suo obiecto.

AD SECUNDUM sic procedit.
Videtur, quod voluntas de ne-
cessitate moueatur a suo obiecto.
Obiectum enim volūtatē compa-
ratur ad ipsam, sicut motuum ad
mobile, vt patet in 3. * ad aīa: sed mo-
tiuū, si sit sufficiens, ex necessitate

lis potentiae, ut vniuersi simpliciter capax sit.
K In eadem responsione, caueto Nouitiae, ne indefinita pro uni-
uersali se tibi offerat: & contrarietas inter responsionis huius calcē,
& corporis articuli insurgat, dum ibi dictum est, quaedam esse par-
ticularia bona sub obiecto voluntatis contenta, ad quae voluntas
naturaliter tendit, ac per hoc determinata est naturaliter, ut esse,
uiuere &c. hic autem dicitur sub bono communi: utrobique enim
indefinita, seu particularis est locutio: & propterea neutra alteri
repugnat. Hic enim expresse dicitur, Sub bono communi multa
comprehenduntur, ad quorum nullum determinatur voluntas.
Multa, dixit, non omnia. Ibi quoque manifestē de quibusdam,
scilicet conuenientibus volenti secundum naturam, loquitur.

Super Quaestione decima Articulum secundum.
I N titulo articuli secundi eiusdem quoniam. Necessarium sumitur ue-
re & proprie, quod, impossibile est aliter se habere. Et est ser-
mo

Arti.
* Tex
tom. 2.
D. 10.
Intra q. 80.
ar. 1. co. 5. Et
1. q. 8. ar. 1.
& 2. Et verū
q. 22. artic. 4.
& 6. Et mal.
q. 6. cor. 8.
ad 7. Et 16.
* Text. 54
tom. 1.